item à D. Rmo Rudzinski, claudus in uno pede, uti-
nam non claudicaret etiam in anima, fuit enim
Lutheranus, quia non habemus alterum pro illo
populo Ungaro sufferimus istum, reditus proven-
tus dantur Parocho: Ecclia habet suum Calicem
et tres Casulas. Dabrusciium circa montes Tran=
silvanicos distat. Bacovia una die.

Reliquæ Ecclesiæ, et Pagi, quæ sunt in Moldavia ad alias
certo Parochias pertinent.

Est etiam D. Gregorius Gross. Baiensis Presbyter
Secularis, et Alumnus de Propaganda fide, fervens
et Zelosus in ministratione verbi, simplex et re-
ctus corde, assiduus in lectione librorum: dum ego
inaudirem discessum Patris Viti in Italiam
Parochiam Baiensem dicto dedi, et secundum Jura-
mentum depositum Patriæ inservire, nunc erunt
tres qui horum debet esse Parochus. Roma
omnes in partibus lites movent.

Item est Petrus Wolff Kuenaviensis alumnus etiam
Sac. Congnis Diaconus et in Paschate, deo dante,
erit Sacerdos, qualem Parochia in Patria ipsi
dabo, si nulla vacat, et multæ sunt per inhabiles
et extraneos Sacerdotes impeditæ.

Sunt necessarij in Provincia boni honesti, habiles
exemplares, qui calleant linguam: sunt necessa=
rij etiam Patres Jesuitæ, sed Ungari propter lin-
guam nationis, et affectum, non ut Parochias
teneant, sed ut Scholas erigerent, et juventute